

Sammelband

J-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33



I. N. D. N. F. C.
DISPUTATIO JURIDICA
De

XIV.

JURE COM-
MERCIORUM
RVSTICIS DENEGATO.

Quam

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi
atq; Excellentissimi*

DN. GOTHOFREDI STÖSSERI

JCti famigeratissimi, ac in Illustri hac Argentora-
tensium Universitate Pandect. Profess. Celeberrimi,
Dni. Patroni, Fautoris ac Præceptoris sui sum-
mo honoris & obsequii cultu æta-
tem devenerandi,


SOLENNI

Eruditorum Examine subicit

JOHANNES JOACHIMUS MÖLLERUS,

Zittaviâ Lusatus, Autor & Respondens.

Ad diem Mensis Februar. Horis locog; consuet.



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS WELPERI.

ANNO M, DC. LXXI.

107

J. W. D. N. F. C.
DISPUTATIO JURIDICA

JURE COM-
MERCIORUM
RUSTICIS DENEGATO

Quam
SUB PRÆSIDI-
O V. R. I.
Reverendissimi, Amplissimi, Consilissimi

DN. GOTHOFREDI STÖSSERI

Christmingerandem ac in Illustri hac Argentora-
tensium Universitate Publici Professoris et
Dni. Patris, tametsi se hunc in modum

JOHANNIS JOACHIMUS MOLLERUS

Strasviensis, Auctoris Responsionis

AD QUESITUM

AN JUS RUSTICUM

ANNO M. DC. LXXI.



(3.)



I. N. D. N. J. C.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Rusticis Jure nostro Civili multis favoribus *subveniri*, innumera ferè argumento sunt exempla & Constitutiones multis retro seculis & propositæ & ipso usu, quo melior non est interpretatio Juris, *l. Nam Imperator, 38. ff. de LL. approbatæ.* Sed *subvenitur*, h. e. dum oò simplicitatem, quam legibus interdum placere novimus *exc. Sancta: ubi Gl. c. 2. q. 7. clem. 5. de pœnit. & remiss. §. 7. l. de fideicom. hered. §. 3. l. de legit. agnat. success. l. ult. §. 1. C. de furt.* Jura impunè ignorant, Jura non patiuntur, ut ex eâ & propter eam damnum incurrant, quin id agunt potius, ut sive in leges, ipsis non perspectas satis, delinquant, sive rei familiari vim inferant, sive denique alio modo lædantur, tuti sint, & à præsumptione doli excusentur: *l. 7. pr. ff. de Jurisdic. l. 1. §. ult. ff. de Edend. & passim. Menoch. de arbiter. Jud. quest. lib. 2. Centur. 2. quest. 194. à n. 33. usq. ad fin.* Ubi 20. casus enumerat defenditque, quibus rusticitas excuset, postquam superioribus numeris proposuisset 13. vel ipso jure statutos, vel consensu Dd. productos, qui rusticos defendunt minimè; Minimè enim digni habentur,

A 2 tur,



tur, qui versuti & adeò callidi sunt, ut non agros coluisse, sed studiis operam dedisse videantur, *sagaces, squadrati* vulgò appellati, Menoch. *d.l. n. 3.* Uti nec digni sunt istis, quos allegavimus, favoribus, si operum suorum immemores, aliis se immiscere præsumserint negotiis. Causa enim quæ Rusticis tot beneficia conciliavit, publica est, ne dum aliis, quàm quibus vacare debent, ut Rustici, h. e. rura colentes, addicuntur, rebus, cultura agrorum deseratur, annonæ caritate, ne dicam flagellatione substitutâ. Quæ ipsa etiam publica utilitas ea propter Rusticos commercia exercere prohibet, & commerciorum jus solis civitatibus reservat, quemadmodû ad illarum ἀγορανομίαν refert, *Magnif. Dn. D. Struvius Præceptor quondam meus nunquam sine singulari honoris præfatione nominandus, Syntagm. Jur. Civ. Ex. 50. th. 81.* Cujus equidem materiæ utilitas tanta est, ut Nobiliss. Dn. *Ludolphus Hugo* acerrimi judicii JCrus & Consiliarius Hanoveran. in *Dissertat. Inaugural. de Statu Regionum Germaniæ cap. 3. n. 14.* judicaverit; de Jure commerciorum publicâ autoritate in Comitibus esse deliberandum. Quapropter mihi de Gymnasmate quodam Juridico edendo cogitanti, in materiæ selectu hæc præ aliis admodum arrisit, animum inducenti pagellas sequentes de **JURE COMMERCIORUM RUSTICIS DENEGATO** conscribere. Feci hoc brevissimis, & exclusus tempore per Indicem tantum, plenior elaborationem suo loco servaturus. Dum verò animadverto, ingenii mei vires materiæ hujus dignitati minus æquivalere, summè necessarium fore arbitror, ut divinâ favente & aspirante gratiâ vela mea ventis commissurus favorem benevoli Lectoris mihi conciliem.

ciliem. Fiat initium in Nomine Domini nostri JESU CHRISTI, in quo, viam præmonstrante Religiosissimo Imperatore Justiniano, ad omnia consilia omnesque actus semper progrediendum est, *l. 2. C. de Offic. Prat. Afric. &c. Nov. 85. in pr. & Nov. 109. in pr.*

THESIS I.

Priusquam autem rem ipsam tractare incipiam, de definitione nominis quædam præmittam, cum secundum *Platonis* effatum, nomen sit instrumentum didacticum, habens vim instructivam, & à quo omnis materiæ tela inchoanda est. Non autem dubito, unumquemque, qui modò elementa Latinæ Linguæ componere novit, primo statim intuitu deprehensurum fore, quod vocabulum *Commercium* sit compositum è suis voculis simplicibus; hæ autem sunt particula *con* vel præpositio *cum*, & substantivum *merx*, cujus appellatio in generaliori significato denotat quamlibet rem promercalem & venalem, tam immobilem quàm mobilem, *Magnif. Dn. D. Rebban, Amplissima Iuridica Facultatis in Illustri hæc Almâ Venerandus Senior, & p. r. ejusdem Decanus, Fautor ac Præceptor meus omni honoris & obsequii cultu atatem prosequendus, in Hodoger. Iuris p. 521. Add. Mercat. Iuris perit. tract. de mercaturâ part. I. c. I. n. 73. & 75. ubi plura notatu digna & inter alia etiam quæstionem tractat: An mercis appellatione pecunia quoq; contineatur? jung. & n. 87. ubi disquirit: An mercis nomine etiam veniant vestimenta, & cætera quæ habemus ad usum quotidianum pertinentia, seu quotidianum penus? n. 77: An gemma, margarita, & annuli sub mercibus consineantur? Ad utramque quæstionem laudatus Autor cit. loc. respondet, ad quem benevolum Lectorem brevitatis gratiâ remittimus. Specialiter verò sumptum vocabulum *merx* ad res mobiles tantùm pertinet, *l. 66. ff. de Verb. Sign. l. 207. eodem.* Et dicitur commercium quasi contractatio mercium, vel mercium commutatio, *Matth. Martin. Lexic. Philolog. voc. Merx. Calepin. in voc. Commercium.* Rusticæ à domicili locò & vitæ genere, quia ruri degunt, dicti, qui agro-*

Etymologia.

rum colendorum causâ habentur, l. 203. ff. de V. S. vel qui ruralia atque terrestria opera faciunt, etiam si in urbe degant, l. Servus urbanis. 99. pr. §. 1. & 2. ff. de legat. 3. l. quemadmodum. 12. ff. de supell. legat. l. si pradium. 16. C. de prad. & al. rebus min. & c. Mevius ad Ius Lubec. lib. 1. T. 3. n. 35. & terræ quasi adnexi sunt, unde ex iis quidam pro parte fundi & immobilibus habentur, l. 2. l. 22. C. de Agricol. Censit. & Colon. add. Sichard. in l. 6. C. de secund. Nupt. n. 4. Petr. Frid. Mind. 2. de mandat. cap. 67. n. 8. Husan. de Hominibus propriis quest. 5. n. 10. Quemadmodum civis dicitur, non qui ex vico seu villâ, sed ex civitate oriundus, Nov. 89. c. 2. §. 2. licet in aliis mores & virtutes potius attendi debeant; non enim urbium qualitate, sed fidei puritate morumque nobilitate innotescere debemus, c. 3. dist. 40. & c. 4. ibi: Non loca & ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt. Unde verò Ius, & an derivetur, & l. 1. ff. de Iust. & Iur. demonstrat, & sive derivationem Logicam sive Grammaticam consideres, consentiunt uno ore omnes.

II.

Homonymia

Diversimodè autem sumitur vocabulum *commercium*, & cum secundùm Logicorum doctrinam, æquivocatio errorum genetrix sit, itaque necessarium erit, ut voces nostras ambiguitate liberemus, & hoc commodè fieri poterit, si variæ earum acceptiones in medium adducuntur. Accipitur verò *commercium* (1) pro vicissitudine dandi & accipiendi, Calepin. in voc. *commercium*. (2) Pro usu & consuetudine, in quo significato voce commercii utitur Cic. de Senec. sic inquit: Non habet ullum cum virtute commercium voluptas. & Hugo Grotius de Iur. Bell. & Pac. in Not. ad lib. 2. cap. 2. §. 13. verbis: Commune bonum erat patere commercium maris, add. Magnif. Dn. D. Struv. Synt. Iur. Civ. Ex. 49. th. 63. & 64. ubi commercium pro consuetudine accipit. In eodem sensu quoque Plaut. in Bach. Quid tibi commercii cum Diis damnosis? & in Aululariâ: Quid tibi mecum est commercii senex? (3) Sumitur pro commercio conjugali, Ricc. 2. decis. Neap. 236. hinc Plautus loqui amat: habere commercium cum muliere. (4) Denique denotat commercium

cium facultatem liberam commercandi contrahendique concessam iis, qui merces ultrò citròque convehunt, item jus emendi, vendendi & permutandi invicem, *Vlpian. T. 19. §. 3. add. l. 3. C. de Commercii & mercat. in fin. l. 5. de Iustitiâ & Iure. l. 6. l. 34. §. 1. ff. de contrah. empt. vendit. §. 2. Inst. de inutil. stipul.* Quæ acceptio vocis *commercii* posterior communi loquendi usu recepta est, eamque hoc loco nostram facimus, quamvis interdum & latius pateat, secundùm *Gothofred. in Not. ad Vlpian. T. 19. §. 5. l. 1. & tot. tit. C. de commerc. & mercat. Vid. Mercat. Iurisperit. tract. de mercatur. part. 1. cap. 1. per tot. & n. 5. ubi quærit: an negotiari & mercari idem sit? n. 6. An qui semel merces emit, ut venderet, mercator propriè dicendus sit? n. 23. An qui merces emunt, ut easdem suâ operâ in aliam formam redactas vendant, mercatores appellandi? n. 38. An appellatione mercatoris equorum locatores contineantur? n. 48. An qui tantùm prædia propria locat, & aliorum conducit, mercator sit? Quæ Quæstiones, nisi temporis injuriâ excluderemur, & instituti ratio negaret, plenius hîc fuissent tractandæ, siquidem multum lucis allaturæ materiæ objectivæ, ubi agendum erit de qualitate commerciorum, qualia sc. rusticis prohibita esse dicenda sint: Si enim contractus istiusmodi nomine commerciorum non veniunt, neque sub prohibitione commerciorum prohibiti esse affirmari poterunt. In vocabulo *Rusticus* non alia latet ambiguitas, nisi cum prædicatur de homine quodam stolido, simplice, arrogante, & qui rusticis moribus est imbutus, quod apud *Ciceronem & Ovid.* passim occurrit. Unde *rusticitas* simplicitatem imperitiamque denotat *inc. Sancta rusticitas. 56. c. 2. qu. 7. l. 2. §. 1. verbis: Rusticitati hominis enim parcendum est &c. ff. si quis in jus vocat. non ierit.* Vel imprudentem inadvertentiam, eine ungeschickte baurische Grobheit, *in l. 7. §. 4. ibi: si per imperitiam vel rusticitatem &c. ff. de Iurisdictione.* Interdum accipitur pro arrogantia, *C. de litiguribus. 43. C. 23. qu. 5. ibi: de rusticitate suâ gloriari, Baurenstolz.* Apud Doctores sententia non juridica appellatur rusticana: Ita *Iason. ad l. 7. C. de Collat.* opinionem Bartoli processisse ex suâ cervice, & esse rusticanam dicit, qui fecerit sicut rustici, qui dividunt quæstionem per medium, quo facit germanicum istud: ein Baurenschied. *Besold. Thes. pract. voc. Baurenschied.**

III. Sunt

III.

Synonymia.

Sunt & plura nomina, quæ idem denotant, quod *commercium* in significato famosiori acceptum. Vocatur (1) *mercimonium* vulgò *Gewerb/ Nahrung/ l. 3. C. de Commerc. & mercat.* *Grotius de Iur. Bell. & Pac. in Notis ad lib. 2. c. 2. §. 13. Dn. Ahasverus Fritschius Consiliarius Schvyartzburgicus tract. de Regali Nundin. Iure cap. 3. n. 15. in fine.* (2) Dicitur *Negotiatio Handthierung* germanicè, *l. 1. l. 6. C. dict. l. add. Saavedra Symbol. Pol. 68.* (3) Appellatur *mercatura*, *l. 4. C. allegat. tit. in fine. Grot. dict. lib. 2. c. 5. §. 13. in fine.* (4) *Nundinas exercere*, *cit. l. 4. C. de commerc. & mercat. verbis: nundinas exercere, Dn. Fritschius laudat. tract. cap. 3. n. 7. & 11.* (5) Nuncupatur *mercatus* vel potius *licentia mercatum*, *l. unic. C. de Nundin. & mercat. add. Cuiac. in paratit. C. h. t. Iustus Mejerus in Colleg. Iurid. Argent. ad tit. ff. de Nundin. tb. 2. Georg. Schönborn. lib. 4. Pol. c. 31.* (6) Nominatur *mercatio*, *rubr. C. de Nundin. & mercationibus. Rustici* Synonyma sunt: *Agricola, Censitus, Colonus, Rubr. C. de Agricol. Cens. & Colon. l. 1. l. 4. l. 5. & per tot. d. t.* Dicitur etiam *Agricultor*, *l. 2. ff. de Nundin. item adscriptitius sive glebe addictus. l. 21. junct. l. 15. C. d. t. vid. Andr. de Ifern. lib. feud. de prohib. feud. alienat. per Frideric. ubi dicit: Agricolis æquiparari Vasallos. Et Rusticanus, Rubr. C. Nerusticani ad ullum obsequium devocentur. Villicus quoque Ciceroni & Plinio pro rustico venit, add. Dn. Fritschius cit. tract. cap. 9. n. 31.*

IV.

Definitio.

Præmissis generalioribus ad nominis definitionem, nunc ad specialia & ipsius rei tractationem aditum facio; ut autem intelligatur, quid res sit, necessariò definienda est, *Arist. 2. post. Analyt. 14.* Et quanquam omnis definitio in jure periculosa sit, *l. 202. de R. I.* nihilominus tamen legibus & autoritate magnorum ac Doctissimorum Virorum innixus *Jus Commerciorum* hunc in modum definitio: *Ius commerciorum est facultas & potestas exercendi commercia, legibus, privilegiis, & consuetudine solis civitatibus exclusivè assignata, & civibus solis sequestrata, ut sit spiritus*

spiritus vitalis civitatum, *Vlpian. t. 19. §. 5. Pfeil. conf. 202. n. 34. & seqq. Schrader. conf. 22. Besold. I. Pol. c. 11. §. 9. n. 21. Arniseus relect. Pol. cap. 5. §. 3. n. 15. die Gerechtigkeit bürgerliche Handthierung/ Gewerb und Nahrung zu treiben / per text. Iuris Saxonici im Land Recht/ lib. 3. art. 66. add. ibid. Gloss. Latin. subtil. A. text. h. in verbis: Von allerley bürgerlicher Handthierung/ welche den Städten zuständig sind / add. Magnif. Dn. D. Tabor. tract. de Iure Cerevis. part. post. pag. 76. Carpz. part. 2. Const. 6. defn. 4. & 5. Ioachim. Schepel. ad Consuetud. Brandenb. part. 4. t. 4. n. 9. Mevius ad Ius Lubec. lib. 4. t. 13.*

V.

Traditâ Juris commerciorum descriptione, iusto disputandi ordine exigente, subjiciemus nunc ejus divisiones, cùm illæ secundum Gloss. in §. 4. Proœm. Inst. animum legentis incitent, mentem intelligentis præparent, memoriâ artificiosè reforment. Jus autem Commerciorum tanquam latius patens, plures sub se comprehendit species: Unde non tam dividimus, quàm species ejusdem enumeramus. Sunt autem ferè innumeræ: cùm, ex mente *Vlpian. in l. si in Emptione. 34. §. omnium. 1. D. de contrah. empt.* Omnium rerum, quas quis habere vel possidere, vel persequi potest, venditio rectè fiat, *C. I. A. 18. 1. 67. & seqq.* pollent tamen ferè ad sequentia capita revocari, scilicet ad (1) *Ius braxandi seu cerevisiam coquendi.* (2) *Ius vinum coëmendendi & divendendi.* (3) *Ius opificia & mechanica tractandi.* (4) *Ius mercaturam in specie sic dictam exercendi.* (5) *Ius mercatum hebdomadariorum, Wochennärckte zu halten.* (6) *Ius Nundinarum.* (7) *Ius stapula.* De singulis hisce videantur plura apud *Philipp. Knipschildt. de Iuribus & Privilegiis Civitatum.* Hoc præprimis hîc notandum venit, priores quinque species civitatibus simul cum jure civitatis concedi, & illas inhære quasi juri civitatis, duas autem posteriores scil. Jus Nundinarum & Jus stapulæ indigeret speciali concessione Imperatoris, quæ concessio est de reservatis Cæsareæ Majestatis, prout hoc probant *l. 1. ff. de Nundinis. & l. unic. C. eodem. Add. Recess. Imper. Ratisbon. de Anno 1576. §. Dadurch den 2c. Rosenthal. in Epitom. feud. cap. 5. concl. 4. Arnis. de Iure Majest. lib. 2. cap. 3. n. 18. Cujacius,*

Divisio.



Sichardus, Perez. & alij in dict. l. unic. C. de Nundin. Probant hoc etiam ipsa privilegia de Nundinis & jure stapulæ Francofurtensibus, Lipsiensibus, Inclutæ huic Argentoratensium Reipublicæ & aliis Civitatibus ab Imperatoriâ Munificentia indulta, quæ verbotenus refert *Limna. lib. 7. de iure Publ. cap. 16. n. 24. & c. 3. n. 16.* De singulis autem allegatis juribus prædicatur, quod sint jura Civitatum & solis civibus sequestrata, *Cothman. Respons. Acad. 40. n. 13. Besold. I. Pol. c. 11. §. 9. n. 21.* Unde necessario nexu sequitur, nullum ex his juribus Rusticis in pagis degentibus competere, quod etiam confirmat Serenifs. Electoris Brandenburg. *Ordinat. Pol. de Anno 1538. verbis: Die Prælaten und von Adel auch Bauerschaft sollen sich Rauffmanschafft zu treiben enthalten / und die Bürger in Städten / als ihre zugehörige Nahrung und Gewerbe / allein treiben.* Et eundem in modum in *Ordinat. Provinc. Ernesti Electoris & Ducis Saxonie de Ann. 1561. rubr. Von Brauen / Schencken / und anderer bürgerlicher Nahrung* dispositum est. *Add. Dan. Möller Semestr. cap. 17. n. 1. vers. etsi enim & c. Magnif. Dn. D. Tabor cit. tract. per tot. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. t. 5. artic. 12. add. n. 2.*

VI.

Ex his apparet, jus commerciorum denegatum esse Rusticis, cum ne quidem ulla species ex enarratis ipsis de Jure competat; Quas enim vel natura res, vel gentium Jus, vel consuetudo vel mores Civitatis exuerunt commercio, *d. l. 34. §. 1. de contrah. empt.* illæ uti quibuscunque aliis, ita & rusticis commercij nomine, sed communi jure interdictæ sunt, & ad jura commerciorum propriè non spectant: agit de istis *C. l. A. laudato loco th. 71. add. Mercat. juris perit. d. tr. part. 4. per tot.* Quæ prohibentur peculiari Jure & singulari Rusticis, interdiciuntur vel simpliciter, ut ne quidem emi possint, ut non sint in commercio Rusticorum: sint exempli loco *Arma. Nov. 85. 2. F. 27. §. Si quis Rusticus arma. 5. sericum, aurum, argentum, margaritæ &c. Reformat. polit. de Anno 1530. §. Von Baurleuten auff dem Landt.* vel respectu commerciorum in specie sic dictorum: Quæ consideratio hujus est loci, quam ut clariùs demonstramus, eâ methodo

rem

rem absolvere constitutum est, quam ipsa naturalis ratio dicitur, sc. per genera causarum, cum certum sit, solidam rerum scientiam non nisi ex causarum cognitione hauriri posse, *Aristot. 2. Metaphys. 2. & 1. Analyt. 1. 2.* Sunt autem causæ vel externæ vel internæ, illæ sunt efficiens & finis, hæc verò materia & forma. Ordinis ratio postulat, ut initium fiat à causis externis, & quidem primò ab efficiente.

VII.

Verum equidem est, quod *Ulpian.* profitetur in *l. 6. §. 4. D. de* Causa efficiens.
offic. Præsid. Licitâ negotiatione neminem prohibendum esse; Interest enim Reipubl. ampliari modis omnibus libertatem commerciorum: Et ampliatur omninò, cum Jura commerciorum vel expressè conceduntur, vel tacitè, idque ab Imperatore Romano Germanico, ut ad Imperium nostrum mea se potissimùm vertat Disputatio. Nam Cæsareæ Majestati exclusivè attribuitur jus concedendi Jura Civitatum & in & cum iis Commerciorum, & est de reservatis Imperatoris, *argum. l. unic. C. de Metropol. Beryto, add. Cujacius ad h. l. Hippol. Riminald. conf. 640. n. 35. Hippol. à collibus de Increment. Urbium. cap. 14. Hippol. à Lapide part. 1. cap. 16. pag. 301. Magnif. Dn. D. Struvius Syntagm. Jur. C. Ex. 50. th. 50. Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. t. 2. artic. 2. n. 57. Natta conf. 636. n. 10. Thom. Michaël. Discurs. de Jurisdiction. concl. 12. lit. C. Clapmar. de Arcanis Rerumpublic. lib. 1. cap. 21. in fine. Obrecht. de Regal. t. 8. concl. 188. Joh. Limneus de Jure Publ. lib. 2. cap. 9. n. 128. Philipp. Knipschildt. cit. tract. lib. 1. c. 6. n. 6. verbis: Hodie in Imperio Romano Jus Civitatis indulgendi, **Stadtz Recht zu geben** inter Regalia Majestatis majora Imperatori reservata refertur. Et quanquam nonnulli sint, qui existiment, cuilibet Principi jure territoriali jus condendæ civitatis competere, moti hoc argumento, quòd Senatus Populusque Romanus hoc facere potuerit, prout refert *Plin. 5. Epist. 4. Cic. Philipp. 2. Brisß. Select. antiquit. cap. 15.* Aliter tamen se res habet in Imperio nostro Romano Germanico, in quo nullus Princeps vel Status Imperij jure proprio civitatem constituere potest, *Knipschildt. allegat. loc. verbis: Inferioribus ab Imperatore minimè competit, soliusque Imperatoris autoritate & voluntate civitas consti-*
tuitur.*

tuitur, solusque Imperator spiritum & vitam civitati infundit, & non alius aliquis à Cæsare inferior, *add. Thom. Michaël. discurs. de iurisdic. concl. 12. lit. c.* ubi inferiori Principi hoc tentanti inhibitionem missam refert. Necesse igitur est, ut Princeps vel alius Status Imperij constituendæ civitatis habeat munitatem ab Imperatore sibi concessam, *Lehman. Chronic. Spirens. lib. 4. c. 8. fol. 286. & 288.* cum quo etiam concordat *Ius Saxon. in Landts Recht artic. 26. & Weichbild lib. 1. artic. 9.* Et requiritur ad minimùm Imperatoris consensus, si non expressus, tamen tacitus, *Caspar. Klock. de contrib. cap. 5. n. 1. in fin.* Quicumque ergò Jura Civitatum non allegare nec expressam concessionem probare potest, ut Rustici, ille ob defectum causæ efficientis iuribus istiusmodi, & vel maximè commerciorum uti neutiquam poterit.

VIII.

Quemadmodum enim ad officium Præsidis pertinet, ne licitâ negotiatione aliquis prohibeatur, *d. l. 6. §. 4. ff. de off. Præs.* ita ad sollicitudinem suam revocavit idem: ne prohibita exerceatur: *d. l.* Prohibita autem negotiatio illa est, quam Leges interdixerunt, vel ratione materiæ seu objecti in prohibitis mercibus: vel ratione formæ, vel tandem, & quod primo loco dicendum fuisset, ratione subjecti, eorum sc. qui mercatus exercere volunt: Sunt inter alios, Clerici *Can. Negotiatorem. c. fornicari. d. 88.* unde Proverbium, *negotiatorem Clericum quasi quandam pestem fuge*: Milites, *l. un. C. negotiat. ne milit. lib. 12.* Præsides Provinciarum, Furiosi, & quibus interdictum est commercijs, quos & alios longo numero refert & explicat *Mercat. Iurisperit. d. tr. p. 3. per tot.* Rustici, illos enim Leges nostræ à commercijs voluerunt justissimâ ratione abesse, *l. 2. ff. de Nund.* ita habet: *Si quis ipsos cultores agrorum, vel piscatores deferre utensilia in civitatem jusserit, ut ipsi ea distrahant, destituetur annonæ præbitio, cum avocentur ab opere rustici, qui confestim ubi detulerint mercem, tradere eam, & ad opera sua reverti debeant, &c.* Indiget enim civitas pluribus, alijs rusticis, alijs opificibus, & alijs ministratoribus, itemque his, qui invehant & evehant singula,

gula, hi autem sunt negotiatores. Adferens autem agricola in forum aliquid eorum, quæ facit, vel alius aliquis opificum, nisi sub idem tempus contingat, eum cum his, quibus indiget sua permutare, vacabit ne suo officio deses sedens in foro? nequaquam, sed sunt, qui hoc videntes se ipsos statuunt in hoc ministerium; *add. l. 1. l. 2. C. de Agricol. & Mancip. Domin. vel fiscal. & c. l. 1. C. de Agricol. Cens. & Colon.* Subscribunt Legibus Imperij Jura Provincialia statutaria & municipalia: quæ Jus Civitatis ab Imperatore indultum, **das Stadt Recht** / pago prout permanet pagus, negant simpliciter. *Knipschildt. allegat. tract. lib. 1. c. 6. n. 10. & seqq.* Sub quo jure & privilegij Civitatis comprehenditur sine dubio jus commerciorum, *argum. l. 1. ff. ad Municip. Add. Magnif. Dn. D. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 50. th. 46. ad h. r.* ubi dicit: *Municipes olim dicebantur, ut haberent jus commercij, & c. Bachov. ad Wesenb Paratit. d. r. Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. t. 2. rubr. n. 1. & seqq.* Concesso enim genere conceduntur omnes species, quas sub se continet, ac si nominatim expressæ essent, *Bart. in l. 41. C. de Transact. n. 13. ibid. Bald. n. 14. lason. n. 11.* E contrario autem denegato Rusticis jure Civitatis tanquam genete, denegatur quoque ipsis species sc. jus commerciorum, vid. *Magnif. Dn. D. Tabor laudat. tract. part. post. cap. 3. n. 1. pag. 55.* Accedit denique jus consuetudinarium, quoniam omnium locorum consuetudine receptum est, ut commercia civitatibus intacta debeant relinqui, *Bornit. de rerum sufficient. tr. 2. cap. 16. Add. Magnif. Dn. D. Tabor. allegat loc.* Jura provincialia supra relata probant **Fürstl Meckelb. Policy Ordnung de Anno 1562. Item Churfürstl. Sächs. Lands Ordnung de Anno 1555. sub Tit. Von Brauen / Schencken / und andern Bürgerlichen Vahrungen.** *Add. Serenif. Elector. Brandenburg. Ordinat. de Ann. 1538. quam refert Schepel. ad consuet. Brand part. 4. tit. 4. n. 9. Vid. Ordinat. Provincial. Ernesti Elect. & Ducis Saxonie de Anno 1512. & Augusti Electoris Saxon. de Ann. 1561. rubr. Von Brauen / Schencken / und anderer Bürgerlicher Handthierung.* quas Ordinationes nuperrimè etiam confirmavit Piissimus Pater Patriæ modernus Elector Saxon. Johannes Georgius II. ad gravamina subditorum inter alia ita rescribens: **Und aber Unfere in Gott ruhende Vorfahren aanis**



reifflich und weißlich erwogen / auch ihre Ordnung meistens dahin gerichtet / daß ein Stand bey dem andern herkommen / und weilt Handthierung / Rauffmanschaft / und Handwerck zu treiben / desgleichen Melken / Brauen / Schencken / eygentlich denen Bürgern in Städten / zu Erhaltung des bürgerlichen Standes außsonderbahren Ursachen geeignet / auch derselben Wesen und Wohlstand darauff gleichsam gewiedmet und gegründet ; Die Prälaten / Graffen / Herren und vom Adel / so wol Unsere Aempter und andere Gerichts. Herren / Bauren und Dorffschafften sich solcher bürgerlicher Handthierung enthalten / und zum Verderb unserer Städte nicht Ursach geben / daherо Standes. und Adeltiche Personen ihre Ritterfolden und Güter / und die Bauren ihres Pflügens und Ackerwercks warten / und also ein jeder seiner Vorfahren Fußstapffen nachfolgen soll / damit unter Standes. Personen / Adel / Bürgern / und Bauren ein Unterscheid seye. Gestalt Uns dann auch als dem Regierenden Chur. und Landes. Fürsten jeden Stand und Unterthan in seinem Wesen / Wohlstand und Nahrung zu schützen und handzuhaben oblieget. *zc. Et congruit cum hoc Sereniss. Saxon. Ducis Augusti Administrat. Magdeburgici Ordinat. Pol. cap. 4. pag. 9. §. So wollen wir : c. Ac memini rescripti cujusdam de Anno hujus seculi 66. quo in Lusatiâ nostrâ Rusticis in specie commercium linteamenti, der Leinwand. Handel interdictum est. Add. Dn. Benedict. Carpz. lib. 1. Resp. Elect. tit. 5. resp. 41. & lib. 1. decis. 4. n. 18.*

I X.

Sed dicis: Ista verò jura prohibitoria contra Jus Gentium esse introducta, ex quo commercia cuiuslibet sint libera, *l. 5. de l. & l. add. Grot. de Iur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 2. §. 13.* Verum hæc obiectio nos non tangit, si cum Doctoribus distinguamus inter commerciorum *Vsum & Cultum.* Usus quidem commerciorum cuiuslibet est concessus, verum cultus commerciorum non æquè. Nec libertas commerciorum Jure Gentium introducta per hoc impeditur, si quidem non interdicitur rusticis emere res sibi necessarias, & illas, quibus abundant, vendere, sed rem emptam rursus vendere aut permutare prohibentur, quia per hoc commerciorum libertate abutuntur, *Mey. ad Ius Lubec. lib. 3. t. 5. art. 12. add. 2.*

add. 2. ubi sic: *Non nescio quidem post Religionem nihil magis amare libertatem quam commercia, nec negoquavis ratione mercaturam ampliandam, ut tamen bono ordini pro Reipubl. & civium utilitate suus remaneat locus. Non enim est libertas, quæ civitati civibusq; nocet, sed potius servitus est. Et nihil frequentius est, quàm ius inclamari contra statuta Magistratum, quibus commercii modus dicitur. Ut autem hæc quæ diximus, ad oculum patefcant, discernenda hîc sunt (1) Commerciorum prohibitio & moderatio, prohibere in totum commercia juri Gentium est contrarium, sed moderari ea Imperantibus non est interdictum, & hoc fit saltem, quando Rustici negotiari prohibentur, prout testatur Mevius cit. loc. his verbis: *Non inutiliter enim hoc modo in manibus Magistratus retinet commercij moderationem & abusu suum precautionem, dum non cuivis mercatus licentia pro suo libitu relinquatur, ne tam facile ineptis mercatoribus, & inde mox decoctoribus repleretur civitas, neq; mercaturam obrueret iniquæ bono ordini confusio.* (2) Distinguenda sunt commercia & mercatura, prout hæc artis genus est, quæ multi perperam confundunt; mercaturam legibus definire, & limitibus includere, tam licitum, quàm & in toto orbe solitum est, quod etiam confirmat laudatus Auctor citat. loc. sic inquit: *Mercatura sub rationabili dispositione Magistratus est, qui ad necessitatem utilitatemq; tum publicam, tum civium privatam moderari eam, & per decreta ampliare & arctare potest, ut vel mille statutorum exemplis, quæ diversis in locis exstant, monstrare licet.* add. Strach. de Mercatur. part. 4. n. 44. & 50. Sed ordinatio talis non tollit commerciorum libertatem, quæ illuc spectat, ut istorum beneficio omnes fruantur, non ut omnes possint esse mercatores, sufficit pro illâ, ut omnes per mercimonia gaudeant terræ bonis, non ut quis vendat & mercetur pro quaerendo lucro. (3) Denique sciendum est, aliud esse commerciorum usum pro necessitate, qui singulis patere debet, quod illustrat Bald. in cons. 391. n. 2. fol. 4. hunc in modum: *Quoties alicui mercatura interdicitur, non censetur interdicta emptio ad usus proprios.* Aliud verò esse cultum pro arte & lucro, qui saltem est mercatorum. Hinc non perinde rusticis liber, sed civitatis legibus obnoxius est, adeoque & arbitrio Imperantium, Mevius cit. loc. Veteres Romani quoque commet-*

commerciorum cultum Agriculis suis denegarunt, quod non solum leges evincunt, l. 2. ff. de Nundinis. sed etiam nundinae in urbe Româ institutæ probant, quæ propterea habebantur, ut agricultoribus commerciorum usus pateret, de quibus *Christian. Becman. de Origin. lat. lingu. voc. Nonæ Rutilium ita scripsisse ait: Nundinas à Romanis fuisse institutas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure ad mercatum Romam venirent. Et Ioh. Rosinus de Antiq. Rom. lib. 6. cap. 13. hæc refert: Nundinae Rusticorum causâ nono quoque die institutæ, ut ex agris in urbem venirent ad mercatum. Add. Petr. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 2. cap. 8. n. 1. ubi ita scribit: Locum nundinationis Prætores Romani olim indicere solebant, & mercatus vel in ædificiis publicis vel privatis exercebantur, ad quos qui in agris versabantur mercandi causâ conveniebant, vid. Wesenbec. parat. h. t. Dresß. in libell. de fest. dieb. Christ. p. 2.*

X.

Causa impul-
siva.

Impulit verò ad hoc tam Veteres, quàm nostri ævi Principes (1) Necessitas & Utilitas publica, *Fritschius dict. tract. c. 3. n. 11. Mevius discurs. inop. deb. cap. 1. n. 195. & cap. 2. n. 26. & seqq. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 8. pag. 56. Cacheran. conf. 26. n. 2. Bursatus conf. 16. n. 73. & 76. Dn. Franzk. Resol. 1. n. 188.* Summè enim noxium est Civitatibus, quando Rustici in pagis commercia colunt. Nam Civitates fundatæ sunt super mercimoniis & artibus mechanicis, tanquam spiritu earum vitali, & dum inter sterilia mœnia non alia est victus copia, quàm quæ importatur & exportatur, propterea id jus simul acceperunt, ne dicta Civibus sustentationis media à Rusticis distraherentur & minuantur, quibus subtractis nihil certius est, sicut experientiâ perceptum, civitates macie & tabe velut interituras esse, prout judicavit summum tribunal Svecicum, referente *Mevio part. 2. decis. 2. n. 5.* Hoc cordatè etiam ad animum revocavit Maximilian. I. Imperator, dum Comites M. in pago quodam Civitati vicino hæc inter alias de causâ commerciorum jus sibi usurpare prohibuit: *Weiln dadurch mit der Zeit der Stadt E. ihre Handwercksteute/ Gewerh und Nahrung gänglich enzogen würde.* quod refert *Brüning. de Vniversitat. th. 58.* Necessarii enim sunt in Republ. artifices

artifices & opifices, utpote quibus Respubl. carere non potest. l. 2. ff. de Nundin. Et artifices esse partes Civitatis, nec sine illis eam stare posse dixerunt *Aristotel.* 7. *Pol.* 8. *Plato de Republ. lib. 2.* *Petr. Gregor. Tholos.* de *Republ. lib. 4. cap. 9.* Cum quo etiam congruit illud, quod in *Instrumento Pacis Cesareo Gallico Anno 1648.* de *Jure Commerciorum* dispositum, in quo pag. 35. §. 67. hæc leguntur verba: *Et publicè interest, ut factâ pace commercia vicissim reflorescant, idè conventum est, ut quæ eorum præjudicio & contra utilitatem publicam hinc inde per Imperium belli occasione noviter propriâ autoritate, contra jura, privilegia, & sine consensu Imperatoris atq; Electorum Imperij introducta, &c. quibus commerciorum usus deterior redditus est, penitus tollantur.* (2) Quia introduceretur confusio ordinum, si rusticis integrum esset exercere commercia, contra l. 23. C. de *Testam.* & l. 2. C. de *Executoribus & Exactor.* Vid. *Rauchbar. part. 2. quest. 12. n. 6.* *Nolden. de Statu Nobilium §. 56.* Ubi cum aliis tradit, eos, qui ordines confundere volunt, similes esse subulcis, qui porcos omnes sive pingues sive macilentos in unam haram volunt compellere. Nam hoc certum est, si rustici mercaturam tractarent, nulla inter eos & Cives esset differentia, sed omnes ordines confunderentur, quæ confusio autem cum summo studio evitanda est, quod monet *Wesenbec. paratit. ff. de l. & l. quando n. 11. & 12. innuit: diligenter præcavendam esse opificiorum confusionem, & officiorum personarumq; in vitâ communi ordinandam & servandam distinctionem.* Hinc etiam concludunt, quod si officiorum & opificiorum differentia tolleretur, fore, ut justitia etiam distributiva & commutativa, atque aded una generis humani pars periclitetur, vid. *Iohan. Dauth. de testament. n. 300. vers. Confusio autem illa &c. Add. Berlich. decis. 26. n. 1. & 2.* Quemadmodum enim ordinum distinctio plurimas utilitates Reipubl. affert, ita ordines confundi detrimentosum est, *Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. r. 2. n. 75. Knipschildt. cit. tract. lib. 5. cap. 22. Add. Schönborn. Pol. lib. 3. cap. 38.* Satis autem constat, Rusticos non esse cives, l. 35. ff. ad *Municip.* & ratione ordinis eos differre à mercatoribus & opificibus, secundum verba *Platon. in l. 2. ff. de Nundin.* à *Calistrato allegata, quæ hæc sunt: Indiget Civitas pluribus utiq; Rusticis*

ficis & aliis opificibus, & aliis ministratoribus, itemq; his, qui inve-
hant & evehant singula, hi autem sunt negotiatores &c. Quam
differentiam etiam Heroico suo Responso, Sapientissimo Rege
digno confirmavit Sigismundus Rex Poloniae, qui Nobilibus
quibusdam jus commerciorum petentibus hæc reposuit: Opor-
tet me in Regno habere triplex hominum genus, nempe Rusticos,
qui agrum colant, Mercatores, qui necessaria importent & expor-
tent, & deniq; Nobiles, qui me & patriam defendant, quod re-
sponsum & alia plura huc quadrantia exhibet Keckerman. System.
Pol. lib. 4. cap. 14. add. Arist. 7. Pol. 9. & 10. & Dn. Ioh. à Felden.
Analys. ad lib. Pol. Arist. lib. 1. cap. 11. (3) Quoniam annonæ
præbitio & agricultura impedi retur, si rustici mercaturæ operam
darent, l. 2. ff. de Nundin. Notum autem est, quàm multùm ex-
pediat Reipubl. agros non manere incultos, l. 4. C. de Mancip.
& Colon. patrimonial. &c. Cùm ab agriculturâ omnium Civi-
um vita ferè dependeat, Euch. Erhard. tract. de oper. Rust. concl.
18. pag. 307. Et è contrario quàm exitiosum sit Civitati, si anno-
na flagelletur, l. 1. C. de frument. urb. Constant. l. 6. ff. de Extra-
ordin. Crimin. & tot. tit. ff. de Lege Iuliâ de Annonâ, add. Liv. lib. 2.
cap. 9. Tacitus 4. Analyt. Magnif. Dn. Bœclerus in Comment. ad Ta-
cit. Ann. cap. 2. pag. 57. Hoc etiam commovit Imperato-
rem Constantinum, ut ad Æmilianum rescriberet, ne agricolæ
frugibus colligendis insistentes ad extraordinaria onera tra-
hantur, l. 1. C. de Agric. Cens. Colon. Et idem in l. 1. C. de Agricol.
& Mancip. Domin. vel fiscal. hæc servari voluit: Nullus omnino
originalis Colonus rei private nostræ ad aliquos honores vel quali-
bet alia Civitatis munera devocetur, &c. Cum quibus etiam
convenit l. 2. C. eodem. ejusdem Imperatoris, quæ dicit: Colo-
nos nostros qui privati sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colen-
dos agros idonei, retrahi jubemus, & tantùm colendis nostris rebus
addici, quin etiam impostero observari, ne quis eorum rem pri-
varam cujusq; gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.
his jung. l. 1. C. de collat. fundorum patrimonial. Cæterum non
destituendam esse annonæ præbitionem, docet supra allegat.
l. 2. de Nund. Culturam agrorum non esse turbandam, l. 1. ff. de
sign. junct. Tributorum illationem non esse retardandam. l. exe-
cutores.

cutores. 7. C. quæ res pign. obligar. neque planè adimendam, l. 7. C. de Agric. & Censit. Unde Hieronymus super Zachar. olim propter agricolas ne haberent necesse urbes intrare, dicit, iudices stetisse in portis: hinc porta Judicis: Deuter. 21. Lucas de Penn. Comment. ad d. l. 1. C. de Agric. & Censit. add. Cuiac. 4. observ. 20. ubi plura ad l. 7. C. quæ res pign. oblig. poss. videri etiam potest Auth. Agricultores. C. eod. quo loco severè edicit Fredericus Imperator: quod Agricultores circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi esse debeant in quacungq; parte terrarum: quod fieri non posset, si commerciis vacantes, bona sua qualibuscungq; subicere cogerentur contractibus: plura elegantia hanc in rem vid: apud Knipschildt de Iuribus & Privileg. Civit. Imper. lib. 5. c. 21. ab init. ubi quod ex annonæ neglectu, annonæ caritas: ex hac fames, hinc bellum, pestis, seditiones, quin imò Reipubl. interitus sequatur, præclarè docet & evincit.

XI.

Eo enim etiam tendit Ratio Legis finalis, quam impulsiva Causa finalis. quadantenus declarat: Impulit Legislatores, ut interdicerent commerciis publica utilitas, quam ordinum Ratio & Annonæ Tributorumque insinuat commendatio: & huc spectant leges prohibitivæ, de quibus actum est hætenus, scilicet, ut quod causa impulsiva facit per intentionem, id operetur finalis in executione; Ita igitur per interdicta Rusticis commercia salutem publicam studemus in genere & in specie per continuatam nec interruptam agrorum curam, & inde surgentia commoda in ærarium per tributorum solutionem, & Civitates ipsas, atq; ad eam totam Rempubl. redundatura, & ut Civium ordo servetur illibatus, neque rustici ab operibus rusticis amoveantur, felicissimam curam providemus. Cæterum uti cuiuscunq; rei duplex potissimum finis est, ultimus seu *di'*, propter quem cognoscimus, alius intermedius sive *q'*, quo cognoscimus, uti medici finis seu scopus intermedius est Medicinæ operari, & ejus naturam exquirere, finis autem ultimus, primum illum movens est sanitas: ex Aristot. beatæ memoriæ Biccus, Amplissimus olim hujus

Universitatis Antecessor in Aureor. Præloq. th. 26. lit. K. Ita
 Jcti finis quo, seu intermedius est Jurisprudencia, ultimus verò
 propter quem omnia fiunt, est Justitia; Ita ut progrediamur ul-
 terius & ad speciem Constitutionum, de quibus his agimus pa-
 gellis, finis ultimus est Justitia salutis publicæ in partibus cupidae
 Legum juventuti olim credendis gubernandæ: Intermedius est
 Distinctio Ordinum, Annonæ cura, Favor Tributorum, Famis,
 quæ seditionis origo est, periculum, atque aded Civitatum con-
 servandarum ratio. Paulò aliter, sed in eundem ferè sensum
 Finis vel principalis est, vel minus principalis. Principalis seu
 primariò intentus est conservatio Civitatum. Nam non tam in
 favorem singulorum Civium, quàm propter interesse publicum
 rusticis commercia denegantur. Et cum salus publica suprema
 lex sit, ac optimus quisque commodum, securitatem & salutem
 Civium ante oculos positam habere debeat, Cic. lib. 1. offic. &
 lib. 5. de Republ. propterea statutum hoc habet optimam præ-
 sumptionem Juris & de Jure. Neque habent rustici quod
 quæritent, per hoc sibi fieri injuriam, cum ita plebi rusticæ fe-
 rendum sit auxilium, ne interea plebs urbana nimium prematur
 aut pessundetur, arg. l. 1. C. de Collat. fund. Patrim. &c. Vid. Ma-
 gnif. Dn. D. Tabor. prælaudat. tract. pag. 98. & 99. Nec damnum
 pati rustici poterunt dici, quando amittunt lucrum, quod cum
 injuriâ & præjudicio Civium quærunt, argum. l. 22. ff. de negor.
 gest. l. 7. in fin. ff. de Interdict. & Relegat. l. ult. C. de Codicill. add.
 Magnif. Dn. D. Tabor. cit. tract. pag. 101. Vergit enim in maxi-
 mum præjudicium Civitatum, quando rustici Civibus commer-
 cia quovis modo subtrahunt. Nam Civitates super illis tan-
 quam spiritu vitali fundatæ sunt, Franciscus Pfeil. volum. 2. conf.
 202. n. 42. add. Serenif. Ducis Augusti Administratoris Magde-
 burgici Policey, Ordn. cap. 4. pag. 9. §. So wollen wir ic.
 verbis: Die Städte seind auff brauen und backen / als gemeine
 bürgerliche Nahrung und Handhierung / gewiedmet. Carpzov.
 part. 2. const. 6. defn. 4. n. 1. & 2. ubi dicit: singula civitates in
 commercii habere intentionem suam fundatam. Hinc Electores
 Saxon. sæpiùs edixerunt: daß sich die Städte beschweret / daß ih-
 nen mit brauen und schencken auff den Dörffern grosser Schade
 bezogen

zugezogen werde. Vid. *add. noviss. ad Besold. thesaur. pract. verb. Bierbrauen. pag. 189.* Ex quo fundamento etiam Civitates in Ducatu Megapolitan. An. 1659. hunc in modum supplicarunt: Weil ihnen das Malz und Brauen / darauff doch die Städte vermöge Pollicey, Ordnung / fundiret und gewidmet wären / geschmäleret würde / quod allegat *Magnif. Dn. D. Tabor. dict. loc.* Accedit insuper etiam, quod in Civitatibus turres, muri, fortalitia & alia ædificia publica reficienda sint, & quidem sine pecuniâ fisci, & absque ullo ararij detrimento, propterea meritò ejusmodi privilegia civibus indulgenda sunt, quibus eorum opes ita augeantur, ut aliquid ad reparationem dictorum ædificiorum conferre queant, *l. 7. C. de operibus publ. Fritsch. alleg. tract. cap. 10. n. 21.* quæ ratio autem in pagis non militat, & propterea diversum quid inducit. Faciunt hanc egregiè in rem verba privilegiorum Bilefeldensium Civitati aliquot retro seculis indultorum: ibi: **Zu Nutzen dero Statt und Besserung / sonderlich zu denen Thürnen / Mauern / und dergleichen erblich und ewiglich gegeben / daß in dem Ampt zum Sparenberg in den Bibbolden N. desgleichen in denen Dörffern N. N. keine Becker / Brauer / Höcker / Wandschneider / Schuhmacher / Schröder oder Krämer wohnen sollen / der vorbenannten Aempter zu gebrauchen / & paucis interjectis: Was die samptliche Inwohner an Bier / Brodt / Butter / Haring / Stockfisch / Wand und anderem bedörffen / dasselbe alles zu Bielefeld eintrauffen und abholen sollen.** *Finis minus principalis, seu qui secundariò intenditur, est agriculturæ incrementum, & cura pecorum, ne sc. agri maneant inculti, & pascuorum melioratio postponatur, dum rustici mercaturæ insistentes misso rure defides in foro sederent, quod nullatenus in Republ. tolerandum, sed omnibus modis tollendum potius est, l. 2. ff. de Nundin.* Hinc etiam tam multæ leges sunt latæ, quæ omnes unanimiter vetant, ne agricolæ ab opere rustico avocentur, *vid. l. 1. C. Ne rusticani ad ull. obseq. devocentur. l. 1. l. 23. C. de Agric. Cens. & Colon. l. 4. C. de mancip. & Colon. Patrim. & c. l. 1. l. 2. C. de Mancip. Domin.* Si verò rustici commercia exercere prohibentur, tunc non aliud ipsis vitæ genus suppetit quàm agricultura & cura pecorum



& sic quasi coguntur vitæ rusticæ sese mancipare, quæ etiam illis, ut civibus mercatura & artificia mechanica sequestrata est, *Besold. lib. I. Pol. cap. 11. § 9. n. 71. & seqq. Arnisaus lib. 2. Relect. Pol. cap. 5. sect. 3. n. 15.*

XII.

Materia.

Progredior nunc ad causas internas, inter quas primas tenet *materia*, quæ est vel *subjectiva*, vel *objectiva*, illa absolvitur personis, quibus commerciorum cultus negatus est. Illæ sunt hoc loco (alias enim plures esse, quibus commercia interdicta sint, supra thes. 8. remissivè diximus) Rustici, quorum multæ sunt species, & conditiones, *Köppen. Illustr. quest. 13. n. 1. & seqq. Vultej. de feud. cap. 4. num. 7. & seqq.* In genere autem in duas potissimum species distinguuntur; Alii enim sunt, qui proprios & hæreditarios, vel etiam alienos, sed sine nexu colunt agros, quos vulgò *Freybauren* appellant, *Cuiac. ad rubr. C. de Agricol. Cens. & Colon.* Alij à Dominis certos fundos habent, iisque ratione terræ vel personalis servitii adstricti sunt, ut sine eorum veniâ à nexu se liberare non valeant, & hi dicuntur adscriptitii seu glebæ addicti, quod Domino ad operas rusticas præstandas, seu agrum colendum perpetuò sint devincti, adeò ut pars fundi censeantur, eique ita inhæreant, ut separari nequeant, & idè etiam inter immobilia numerantur, *l. 21. C. de Agric. Cens. & Colon. junct. l. 2. l. 15. eodem. & l. unic. C. de Colon. Palest. Add. Sichard. in l. 6. C. de secund. Nupt. n. 4. Petr. Frid. Mind. 2. mand. cap. 67. n. 8. Husan. de hominib. propr. quest. 5. n. 10.* Propterea talis rusticus aufugiens sui quasi fur dicitur, *Mevius d. tract. lib. 1. t. 3. n. 49. Gail. de Arrest. cap. 8. num. 14.* Ejusmodi rustici adhuc hodiè in Muscoviâ, Westphaliâ & alibi reperiuntur, ac dicuntur homines proprij, *Leibeigene Leute/ Magnif. Dn. D. Struv. Syntag. Iur. Civ. Ex. 3. th. 23. Arnisa. Relect. Pol. pag. m. 105.* Saxones eos vocant *lassen*, quasi in Provinciâ relictis, ne exinde recederent, sed terram assiduè colerent, *vid. Mev. allegat. loc.* Non incommodè hîc quæri potest: An & illis commerciorum Jus interdictum sit, qui in civitatibus habitantes ruralia & terrestria opera tractant? Resp. affirmando, quia hoc in passu

In passu rusticis sunt æquales per omnia, & in illis eadem militat ratio, quæ in reliquis rusticis, sc. quòd missâ mercaturâ, agrorum & pecorum curam gerere debeant. Quemadmodum & in aliis juris articulis rustica prædia dici, vel rusticorum prædiorum appellationem à substantiâ, materiâ seu qualitate prædiorum non à loco faciendam esse, in usu loquendi juridico obtinuit, *l. 1. pr. ff. commun. præd. l. 198. ff. de V. S. l. 2. pr. l. 4. §. 10. ff. fin. regund. l. 16. C. de præd. & al. reb. minor.* Materiam objectivam constituunt ipsa commercia rusticis interdicta, quorum species est mercatura in specie sic dicta. Nisi longum foret, optimâ ratione hîc tractare possemus, in quibus rebus mercatura consistat; & quænam res nomine mercium veniant: An regulariter super rebus mobilibus tantum fieri possit mercatura: An sub mercis nomine etiam homines venire debeant? An res sacræ in mercaturam deducendæ sint? Verum quoniam brevitati studendum est, idè benevolum Lectorem remissum volumus ad *Mercat. Iurisperit. tract. de Mercat. part. 4. n. 1, 2, 4. & 5.* ubi hæ quæstiones exactissimè tractantur. Denique commerciorum species sunt, artificia mechanica, vini venditio, exercitium cauponæ, braxatio seu braxatoria, *das Bierbrauen* / quæ in singulare genus commercij in multis civitatibus successit, & tantum civibus per excellentiam solet indulgeri, prout hoc testantur *Ordinat. Provinciales supra in th. 8. allegata, add. Magnif. Dn. D. Tabor. sapius laudat. tract. de Iure Cerevisiario part. post. cap. 3. n. 1. & cap. 5. pag. 65. Dan. Möller. lib. 4. Semestr. cap. 17. n. 1. vers. etsi enim & c. Klock. de arario lib. 2. cap. 11. n. 3.* Sollicitè igitur Cives cavere debent, ne rustici, qui jus braxandi non habent, illud usurpent, & in possessionem vel quasi veniant, *Borchold. conf. 2.* Ut autem cerevisiæ braxatio ita reliqua commercia civibus dedicata, rusticis denegantur, *vid. Carpzov. Iurispud. Rom. Saxon. part. 2. constit. 6. defm. 4. Berlich. decis. 31. per tot. Hartm. Pistor. observat. 49. Rauchbar. part. 2. quest. 2. per tot.* Hoc tamen hîc notandum est, quòd per hoc rustici grassias suas, i. e. fruges, & quod sub nomine annonæ ac venalium continetur, divendere non prohibeantur, quoniam hoc faciendo mercaturam neutiquam exercent, *vid. laudat. Autor de Mercat. part. 1. n. 88. & part. 4. n. 9.*

XIII.

Ordine insequitur causa *formalis*, quæ est denegatio fori
Forma. commerciorum seu emporij, vulgò **MarckRecht**/ quod nullo
 pago conceditur. Est autem forum commerciorum publicum
 & amplum spacium pervium ad commercia exercenda destina-
 tum, ein offener Marckt, platz / darauff allerhand Rauffmanns,
 wahren feyl und verkaufft werden. *Philipp. Knipschildt. laudat.*
tract. lib. 5. cap. 26. n. 59. & hoc pro variâ rerum differentiâ va-
 riè distingui, & pro rebus venalibus esse solet, e. g. forum equa-
 rium, Rosmarckt: forum boarium, Viehmarckt: suarium,
 Schwein- oder Säwmarckt: Pistorium, Brodmarckt / Brodt-
 lauben / Brodt-bäncke: Macellarium, Fleischmarckt / Metzige/
 Schlachthaus / Fleischbäncke: Granarium, seu forum frumenta-
 rium, Korn- und Fruchtmarckt. Olitorium, Krautmarckt: Cu-
 pedinarium, Naschmarckt: Lignarium, Holzmarckt: Ollarium,
 Töpff- und Schüssel- marckt: Fœnarium, Heummarckt: necomit-
 tendum forum scrutarium, in quo omnis generis merces obso-
 letæ & usu tritæ venales prostant, vulgò Trödel, Zendel, oder
 Grempelmarckt. v. *Ahasv. Fritsch. d. lib. c. 10. n. 10. l. 1. §. II. ff. de pref.*
Vrb. Curam Carnium ad curam Præfecturæ urbi pertine-
 re asserit, & sub ipsius cura esse non tantum forum suarium, sed
 & cæterorum pecorum sive armentorum, quæ ad hujusmodi
 præbitionem spectant. Nullum tale forum autem in pagis con-
 stituere rusticis de jure licitum est, quia hoc tantum sub jure ci-
 vitatis continetur, quo nullus pagus gaudet, uti superius in th. 8.
 dictum est. Imò Civitates specialier etiam privilegiatæ sunt
 super hoc, ne scil. ejusmodi fora in pagis habeantur, quia hoc in
 earum præjudicium vergeret, *vid. Berog. cons. 76. n. 12. Gail. ob-*
servat. 96. n. 24. quod & Juri Saxonico conveniens est, per
text. im LandR. lib. 3. art. 66. ibi: Man mag keinen Marckt
bawen dem andern auff eine Meile zu nahe / ubi Gloss. Latin. sub
lit. A. text. b. in verb. Marckt. intelligit, von allerley bürgerli-
 cher Handthierung / welche den Städten zuständig seynd. *Ha-*
bent enim, inquit Glossa, singula Civitates fundatum de iure hoc
privilegium, ne infra milliare circumcirca habeatur vinum vel
cerevisia

cerevisia extranea venalis, & ne fiant brasia aut decoctiones hujusmodi, neq; habitare permittantur artifices aut mechanici in villis adjacentibus, add. Carpz., lib. 1. Respons. Elect. t. 5. Resp. 41. & lib. 1. decis. 4. n. 18. Zobel. in add. ad d. artic. 66. lit. B. Coler. decis. 215. add. sentent. Scabin. Lipsiens. post Weichbild. sub Tit. Ob Edelleuthe auff ihren Lehens Güetern mögen Bier brauen. pag. 115. Et memini in Lusatiâ nostrâ An. hujus seculi 67. Nobili cuidam à G. in pago suo M. forum constituere volenti litem esse motam ab adjacentibus civitatibus. G. L. & M.

XIV.

Hicce jam absolutis methodi ratio à me exigit, ut paucis quoque demonstrem, quisnam sit effectus Juris Commerciorum Rusticis denegati, & quamvis uno plures dari possunt, præcipuis tamen eorum hic est, quòd Rustici interdictis sibi commerciis propter rerum deficientiam cogantur fruges sibi superfluas in Civitates importare, quoniam illi multis adhuc aliis rebus indigent ad vitam sustentandam necessariis, quæ in Civitatibus venales prostant, & hâc ratione non modo rusticis consulitur, quando nimirum terræ fructus & fœtus pecorum, quibus abundant, in civitatibus pro rebus aliis importatis aut ibi factis permutare queunt, aut pro justo pretio suas divendere, & pecuniâ inde perceptâ alia vitæ instrumenta sibi comparare possunt; sed hoc Civibus quoque salutis est, dum per hanc viam victûs copiam acquirunt, & opifices pro manufacturis suis pecuniam accipiunt, quæ propter commercia inventa est, quâ sibi quilibet comparare potest, quod sibi deest, per elegant. text. in l. 1. ff. de contrahend. empt. vendit. add. Jacobus Bornitius de numism. lib. 1. cap. 4. Henricus Bocer. de lure monet. cap. 4. n. 11. Nam si hoc non fieret, nihil certius est, tam publicè quàm privatim malè fore, & civitates macie quasi interituras esse, siquidem inter sterilia mœnia non alia est victûs copia, quàm quæ importatur. Hinc luce meridianâ clariùs apparet, quòd commercia Civitatum velut ubera sint, ex quibus publicæ privataque res aluntur, foventur & ornantur, Fritsch, dict. lib. cap. 6. n. 1.

D Et quòd



Et quod negotiatio plurimarum provinciarum quasi vita & sanguis sit, *Mevius in discurs. inop. deb. cap. 1. n. 91.* Tot olim steterunt, tot hodiè florentissimæ restant Respubl. quæ si negotiationem ac mercaturam desererent, dignitatem suam continuo dilabi viderent, *Knipschildt. lib. 2. cap. 16. n. 46. Bodin. de Republ. lib. 2. cap. 8. fol. 561. add. Dn. Fritsch. cap. 3. n. 15. ubi hæc exempla adducit:* Cum Venetias & Genuam mercatus defecit, fortitudo earum exercitus defecit pariter & maximarum gloriarum ac trophæorum occasio intra breves arenæ terminos, quæ nec ligone nec aratro potest excoli, succubuit. Noriberga è contrario destituta metallis & aliis terræ fructibus beneficio mercaturæ defectum resarcit, *plura de his vid. apud Hippol. à Colibus de Increment. Urbium. cap. 14. Maximil. Faust. ab Aschassenb. Conf. pro arario fol. 561. class. 3. conf. 24. ordin. 113. & class. 16. conf. 149.* Ut autem utrique parti tam rusticis scil. quàm Civibus eò meliùs succurratur, propterea instituuntur in quavis Civitate mercatus hebdomadarij, *Wochenmärkte* / qui successisse videntur in locum Nundinarum à Romanis olim in urbe institutarum, de quibus in th. 9. fusiùs tractatum est. Tales mercatus propter rerum sufficientiam singulis septimanis instituendos esse monet *Fritschius cap. 9. n. 31.* ubi sic dicit: *Singulis autem septimanis mercatus cum civibus & villicis sive rusticis celebrandi sunt, ne unquam desit copia rerum emendarum & vendendarum, uti in totâ Germaniâ practicatur, add. Bornitius de rerum sufficient. divers. in loc. & Maximil. Faust. alleg. conf.* Actiones seu remedia, quibus illicita commercia exercere præsumentes rustici coërceri possunt, desumet B. L. ex Autoribus hætenus laudatis; textus est elegans in l. 6. §. 4. ff. de off. pres. Ubi Ulpianus in hæc verba rescribit: *Neque licitâ negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, ad sollicitudinem suam Praeses provincia revocet:* Scilicet Lex imperfecta est, quæ quod fieri prohibet, si tamen factum sit, non rescindit. Et Magistratus impunè fieri non patitur, quod fieri prohibuit l. 7. ff. de legib. Cæterum utuntur Civitates ad tuenda Jura sua & excludendos à Commerciis rusticos remedijs possessoriis, & sententiæ sequentem ferè in formulam concipi consueverunt. In
Sachen

Sachen N. N. contra N. N. die freye Commercica und Handhie-
 rung betreffend: Ist mit Brithel zu Recht erkant/ daß dem oder
 denen Dörffern nicht gebühre/ die Stadt N. wider dero herbrach-
 te Jura und Privilegia, mit prætendirtem Jure Commerciorum
 & opificiorum, Eintrag zu thun/ sondern sich dessen in das für-
 fünfftige gänzlich und bey ohnaußbleiblicher Straff enthalten
 solle/ als zc. von Rechtswegen: *vid. th. ult.*

XV.

Affines rusticis in hoc tertio sunt omnes illi, quibus pro- **Cognata.**
 miscua negotiandi potestas non conceditur. Hi autem in ge-
 nere sunt omnes illi, qui merces emere & vendere seu permu-
 tare non possunt, *Mercat. jurisperit. tract. de Mercat. part. 3. n. 2.*
 In specie verò eorum nonnulli recensentur in l. 3. C. de commerc.
 & mercat. qui in tres classes commodè dividi possunt, primæ
 classis sunt Nobiles, ad quos referuntur etiam Proceres Palatij
 seu Confiliarij Principum, l. ult. C. de rescind. vendit. Secundæ
 classis sunt magistratu fungentes, quo pertinent etiam officiales
 temporales, l. 33. ff. de R. C. l. 46. l. 62. ff. de contrab. empt. & ven-
 dit. Tertiæ denique classis sunt ditiores, quibus optimè annu-
 merari possunt Usurarii, Propolæ, Dardanarii, annonæ flagella-
 tores & similes, qui reliquis civibus acquirendi modos & com-
 merciorum usum præscindunt, *legis contextus hic est: Nobilio-
 res natalibus & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores
 perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter
 plebejos & negotiatores facilius sit emendi vendendiq; commerci-
 um, add. l. 6. C. de dignitat. l. unic. de perfectis. dignit. l. unic. C.
 de Monopol. l. 2. ff. de Lege Iuliâ de Annonâ. vid. elegantiss. dissert.
 de Annonâ Magnif. Dn. D. Struv. Molinaus de Vsur. n. 95. Pfeil
 conf. 202. n. 34. 42. & seqq.* Sordidum commerciorum genus
 etiam Clericis interdictum est, l. 2. C. de Episcop. & Cleric. & c.
 Milites quoque arcentur à mercimoniis, l. 15. C. de re militar.
 l. 31. C. de Locat. conduct. l. 1. C. de præpos. agent. in rebus. l. 12. C.
 de Cohortalibus, add. tot. tit. C. Negotiatores ne militent. Item
 mercaturam facere non possunt furiosi, dementes, & qui prodigi
 sententiâ declarati sunt, de quibus fusiùs tractat laudat. *Author*



de Mercatur. p. 3. num 18. 19. & 20. Sub amissione mercium negotiari etiam prohibentur, qui non sunt de Collegio Mercatorum, seu qui non in numerum opificum collecti sunt, vulgò **Störer / Pfüscher / Graver.** *cons. 138. n. 5. Rol. à Vall. cons. 99. n. 32. Menoch. cons. 98. n. 50.* Nemini enim opificium exercere permittitur, nisi solenniter in collegium illius opificii, quod profitetur, receptus sit, *Mev. ad ius Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. n. 13. Klocken. de contract. cap. 5. n. 186. & seqq.* Ad Affinia pertinet, an Territorii Domini & Magistratus mandare & prohibere possint subditis suis, ne vinum, cerevisiam & alias res alibi quàm in suo territorio & civitate emant, vel etiam ne alii emant in suâ Civitate? Quam quæstionem licet Knipschildt. *de iur. & Privileg. Civit. Imper. lib. 5. c. 21. n. 46.* contrariis votis disputatam decidat tandem negativè, quòst eos quos refert & sequitur, non tamen erraverimus, si affirmativam per rationes & exempla moti sustinuerimus defendere.

XVI.

Contraria.

Opponuntur, in hoc ut & in aliis, rusticis *Cives. l. 35. ad Municipal. add. Matth. de Afflict. in Const. Neapol. lib. 1. rubr. 9. n. 40.* cui *Cives Burgenses* audiunt, & ibi definit *burgenses*, qui jus Civitatis habent; hinc etiam jus Civitatis *Boërio* & aliis dicitur *Burgensia* quasi **Bürger Recht** / *vid. Boërius decis. 260. per tot.* Solis autem Civibus jus Commerciorum reservatum est, uti ex antecedentibus satis patet, & illis contra rusticos & alios quoscunq; hoc jus proprio ausu sibi vindicantes competit actio, scilicet condictio ex lege novâ seu privilegio Imperatoris alicui loco sub Jure Civitatis concessio, *arg. l. un. ff. de condict. ex lege, add. Gylm. Symphor. tom. 1. part. 2. tit. 11. vot. 7. n. 47. fol. 258. Ioh. Nolden. de Stat. Nobil. c. 18. n. 57. & seqq.* quia privilegium vim legis obtinet, *arg. §. 2. Inst. de l. N. G. & C. add. Bart. in l. un. ff. de condict. ex lege, Gylm. dict. vot. 7. n. 2. fol. 252.* Sed quoniam brevis esse cogor, idcirco vela contraho, & qui plura de hâc materiâ expetit, ille videat *Sigismund. Scaccia tract. de Commercis & Cambiis.* Sit itaq; in Nomine Domini Nostri **JESU CHRISTI**, in quo hæc scribere orsus sum, hic etiam

F I N I S.

67
AB 153 961

VD 17


ULB Halle 3
005 300 959



2







XIV.

N. F. C.

JURIDICA

COM- ORUM DENEGATO.

nam

RÆSIDIO

R I

*plissimi, Consultissimi
ellentissimi*

REDI STÖSSERI

in Illustri hac Argentora-
deat. Profess. Celeberrimi,
ac Præceptoris sui sum-
obsequii cultu æta-
nerandi,


ENNI

Examini subjicit

HIMUS MÖLLERUS,

autor & Respondens.

Februarij. Horis locoq; consuet.



TORATI,

IS WELPERI.

DC. LXXI.